



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stimvlvs Compvnctionis, Et Soliloqvia

Juan <de Jesús María>

Coloniae, 1611

De inconstantia, quam peccator incurrit. Cap. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45624

tu,
to-
s a-
fa-
dū
um
abi-
xeli-
on-
e &
one
iter,
po-
esia
, &
a ta-
gunt
iqui-
lius,
viuis
liscas
meæ
m ad
cælo
ia ci-
bit in
ectis.
reg-
men-
sam
sam meam, in convivio deliciarum para-
disi mei.

*De inconstancia, quam peccator incur-
rit.*

CAP. IX.

PECCATUM peccauit Ierusalem: propte-
rea instabilis facta est, & requiem nō
potuit inuenire. Stultus ut Luna mutatur:
quocirca cum omnis peccator stultus sit,
soluit debitas penas prævaricationis suæ,
nunquam in eodem statu permanens, sed
ad horas singulas consilia mutans. Reces-
sit à firmitate, & constantia sua, quam
habuerat in me Deo, & custode suo, qui
non mutor: & propterea vagatur in stabili-
lis, nesciens quo vadat, & non inueniens,
vbi possit requiescere pes eius. Omnes
persecutores eius apprehendunt eum in
ter angustias: & cupiens ille liber euade-
re, mutat loca sine fine, donec fugientem
illum mala sua capiant in interitu. Væ a-
nimæ, quæ discessit à me. Vbiique inueni-
et stimulos & die ac nocte somnus fugiet
ab oculis eius. Hodie peccator quærit a-
micos; cras vitat illos, quia infideles sunt.
Hodie vacat ludis; cras luget, quia viuen-
do luxuriosè cōsumpsit substantiam suā.

B 3 Hodie

Hodie quærit honores mundi; cras fugit
notatus infamia propter peccata sua.
Quid ergo cogitas, fili, qui fedes super ro-
tam mundi, quæ semper vertitur? Quo-
modo non conuerteris ad me qui sum
salus, virtus, & constantia tua? Nunquid
non didicisti, experientia quotidiana, co-
gitationes mortaliuum, timidas, & incer-
tas prouidentias, quæ sine ordine proce-
dunt usque in finem? Certò scias, fili, te
sine misericordia mea esse paleana leuif-
simam, & folium siccum, q[uod] od à vento
rapitur, & nullibi consistere potest. Nunc
eris latus post horam tristis; cras dolcis
ob infirmitatem, proxima die succeden-
te terreberis metu mortis; modò cura re-
rum temporalium, modò ambitio, modò
fatis, modò fames cruciabunt te, nisi resi-
picias & iactes in me cogitatum tuum, &
offeras te totum mihi in altari cordis tui.
Si quæsieris me in toto corde tuo, nihil
perturbabit te, neque mors, neque vita,
neque mundus, neque infernus, neque
creatura alia visibilis, aut inuisibilis. Eris
enim testimonio conscientiæ tanquam
leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius
pauabit occursum. Ego firmabo incon-
stantiam Adæ patris tui, & roborabo te
firmissima dextera mea; dabo te in colu-
nam

nam terream, & in murum æneū aduersus omnes hostes animæ tuæ. Bellabunt contra te, & nō præualebunt, quia te pœnitentem mutabo in virum alterum participem gratiæ, & fortitudinis meæ.

De remorsu conscientiæ, quo peccator cruciatur.

CAP. X.

Filli nisi redieris ad me in toto corde tuo, arguet te ipsa malitia tua, & auersio tua increpabit te: nam per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Iustum iudicium est, ut peccator, qui dereliquit me Deum suum, sentiat intra se remorsum conscientiæ, & sollicitudinem nascientem ex timore mortis, & inferni. Iustum indicium est, ut inter gaudia mundi prohibita, quibus delectari quærat contra legem meam, pungatur stimulo cordis gementis, & præudentis damnationem suam. Terrores mortis militant contra peccatorem, quamuis gaudia quærat: neque potest esse pax impio, qui arguitur à conscientia propria, à qua fugere non potest. Hic remorsus nascitur ex peccato, quasi vermis ex ligno, & ostendit me

B 4 iustum